



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

XXX. De commodo & dignitate quæ Ecclesiæ ab vno summo capite &
Pastore promanant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

Petrus ait, *Pascite qui in vobis est gregē, 1. Pet. 2.*
 &c. *Et cum apparuerit Princeps pastorū*
percipietis immercesibilem gloriā coronā.
 Pastor autē pastorū Iesus Christus nō
 solum bonos pastores, verum etiā hu-
 militer subditos coronabit, oportet i-
 taq; in omni humilitate & amore prę-
 latorum Ecclesię audire & maximē eum
 quem toti suę Ecclesię summum ca-
 put, & vniuersalem Pastorem prępo-
 suit, de quo nunc agendum erit.

CAPVT TRIGESIMVM.

*De commoda & dignitate qua Ec-
 clesiā ab vno summo capite,
 & Pastore promou-
 nant.*

SI necessarium fuit, vti necessarium
 esse ostendimus in singulis episco-
 patibus singulos Pręlatos esse, neces-
 sarium quoque erit generali Ecclesię
 etiā generalem pręfectum dari,
 quod multis ac pulcherrimis ratio-
 nibus declararunt nostri tēporis Scri-
 ptores, vt ex editis eorum voluminib⁹
 videre est. Nos aliquas tantum conso-
 lationis & instructionis causa deliba-
 bimus,

*Rob. Bell.
 Gregor. V. &
 lent.*

bimus, qui plura desideret ad ipsos
fontes & authorum libros recurrat.

Dico itaque breuiter, cum Ecclesia
sit vna necesse est eam vnū caput habere
vt hæc vnitas conseruetur. Iterum
Antequā fides catholica prædicatione
euangelica per totū orbē dilatata
ac dispersa esset, vno quodam vniuersali
Prælato opus erat, qui prædicatorum
curam gereret, episcopos suarum
authoritate institueret, eisq; certos populos
& dioceses assignaret, aliam enim
prædicatione euangelica facile neg-
lecta fuisset, aut saltem maxima con-
fusionem administrata & euidentis peri-
culū fuisset ne cū animarū detrimento
hæretici se huic negotio ingessissent.

D. Thom. Deinde cū Christus per seipsum non
1.2. q. 108. omnes omnino leges directioni Ec-
4.1 clesie sue necessarias edidisset, ipsa
ratio exigebat vt vniuersalem Eccle-
sie pastorem quem summa authorita-
te condendarum legum exornaret,
constitueret, qui etiam easdem leges
pro locorum ac temporum diuersifica-
te aut ex parte immutandi, aut ex toto
abrogandi potestatem haberet, sicut
in omnibus omnino benè constitutis
regnis

regnis & Rebusp. fieri videmus. Insu-
per cum Scripturæ sacræ intellectu
difficiles sint, & singuli earum Inter-
pretes in expositione errare possint,
erroremque suum pertinaciter tueri,
his malis remedium inueniri non po-
terit, nisi quispiã detur qui infallibili
Spiritus S. assistentia adiutus, possit
verum Scripturarum sensum infalli-
biliter eruere, controuersias decide-
re, quæstiones determinare, errores &
hæreses condemnare.

Atq; hæ sunt prægnantes rationes
quibus validè concluditur necessariũ
esse Ecclesiæ vnum Pastorem vniuer-
salem: Nunc autem consequenter tã
Scripturæ, quam antiquorum Parrum
testimonijs docebo, & vnum eum es-
se debere, & S. Petrum ab ipso Christo
institutum fuisse, Huic enim soli à
Christo dictum est, *Tu es Petrus & su-*
per hanc petram adificabo Ecclesiam me-
am: & tibi dabo clauas regni cælorum,
quodcunque ligaueris super terram erit
ligatum & in cælis: & quodcunque solue-
ris super terram erit solutum & in cælis.
& alibi, *Pasce agnos meos pasce oues*
meas. Ex quibus, scripturis inferunt

Matth. 16.

Ioan. vlt.

Patres

Patres & Catholici Doctores S. Petri
constitutum esse caput totius populi
Christiani, imò omnium Prælatorum
ac etiam Apostolorum: Nā vt Augustinus
inquit, Quis nescit primum omnium Apo-
stolorum esse beatissimum Petrum? & Leo
Vnus de toto mundo Petrus eligitur,
& vniuersarum gentium vocatorem,
omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ
tribus præponatur.

Aug. Tra-
ctat. 56. in
Ioan.
Leo ser. 3.
de Anni.
Assum.

Docet idem & probat Bernardus
ta Pontificem alloquens: Tu es cuius
ues tradita cui oues credite sunt: Int
quidem & alij cæli ianitores, & gregum
pastores, sed tu tantò gloriosius quam
differentiùs vtrumque præ cæteris nomi-
hereditasti: Habent illi sibi assignatos gre-
ges, singuli singulos; tibi vniuersi crediti
sunt, vni vnus: Nec modò omnium, sed
pastorum tu vnus omnium pastor, unde
id probem queris? ex verbo Domini, cui
enim non dico Episcoporum, sed etiam Apo-
postolorum sic absoluta & in discretate
ta commissa sunt oues? Si me amas Petre
pascue oues meas, quas hui vel illius regi-
onis? oues meas inquit: cui non planum est
nō designasse aliquas, sed omnes assigna-
se: Nihil enim excipitur, vbi distinguitur
nihil.

Bern. l. 2.
de Confid.
6. d.

nihil. Et exemplo suo idem facti sunt
 Apostoli cum ei tanquam capiti suo *AR. 20.*
 prerogatiuam loquendi, collegium,
 que Apostolorum ab iniurijs calum-
 niantium defendendi concesserunt.
 Item cum ad primum concilium ab *AR. 15.*
 eo conuocati sententiæ eius de anti-
 quatione legis & ceremoniarum ab-
 rogatione subscripserunt. Quod au-
 tem Paulus Apostolus Petrum, pro
 suo capite agnouerit, patet ex eo quod
 ait se Ierosolimam ascendisse, ut cum
 Petro Euangelium suum confer-
 ret, *ne forte in vacuum* (inquit) *cuc-*
rerem aut cucurrissem. Non puto i-
 taque quempiam adhuc dubitare
 quia Petrus habuerit præeminen-
 tiam, non solum super omnem po-
 pulum, verum etiam ipsos episcopos
 & Apostolos.

Quod autem hæc autoritas & e-
 minentia in Ecclesia Dei in successo-
 ribus Sancti Petri Romanis Episcopis
 permanferit, ratio & autoritas Patrū
 & omnium Catholicorum Doctorum
 consensus conuincunt. Ratione pro-
 batur, cum enim S. Petrus mortalis
 esset

esset, Ecclesia verò sub vno capite vniuersali & vniuersali in eternum duratura, vt si terigimus; expediens fuit vt is pro tali capite haberetur cuius iura essent potiora & maiore cum pace & tranquillitate Ecclesie esse posset. Manifestum autem est nullius iura esse potiora, quiq; absq; minoribus turbis ad hunc gradum possit pertingere, quam is qui in cathedra Petri succedit: Hac itaque & similibus rationibus subnixi Doctores idē cōfitentur & disertis verbis docēt; Nā vt Irenæus habet, *Petrus & Paulus Romanam Ecclesiam fundauerūt: his successit Linus, & deinde reliquos vsque ad iua tempora enumerans dicit, Nunc duodecimo loco episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius* Vnde & Tertullianus à Petro vsque ad Pium suo tempore sedentem enumerat, & ab eodem vsque ad Anastasium sui temporis Romanum prætulerunt Augustinus, *Tenet me in Ecclesia Catholica gremio ab ipsa sede Petri Apostoli cui pascendas oues suas post resurrectionem suam Dominus commendauit, vsque ad presentem episcopum successio sacerdotū.* Ideoq; Irenæus loco allegato docet exori-

Iren. l. 3.

c. 3.

Tert. l. 3.

contra Marcio. c. p. in
carm.

Aug. ep.

165.

Aug. contra ep furdam. c. 9.

ex oriente aliqua hæresi vel de fide
 controuersia ad Romanam Ecclesiam
 recurrentem esse: & in sua Ecclesiasti-
 ca historia scribit Theodoretus Ro-
 manum Episcopum cæterorum causas
 iudicare. Manifestè itaque patet Ro-
 manum Pontificem esse successorem
 Petri, Vicarium Christi, & vniuersa-
 lis Ecclesiæ caput visibile: credit hoc
 totus populus Christianus, credunt om-
 nes catholici Reges & Monarchæ,
 imo & ij qui nuper in Indijs ad fidem
 conuersi sunt idem confitentur & cre-
 dunt; Ideoque eum summe honorant,
 illiq; in rebus spiritualibus & Eccle-
 siasticis directionibus ac constitutio-
 nibus obtemperant: Diabolus autem
 eiusque membra, hæretici & scis-
 matici ac omnis vnitatis osiores fre-
 quenter omnes suos nervos inten-
 derunt, omniaque stratagemata ad-
 hibuerunt, vt sedem Romanam e-
 uerterent, sed frustra, Rupes est quæ
 non concutitur: Columna Veritatis *1. Tim. 3.*
 est, & portæ inferi aduersus eam non *Matt. 6.*
 præualebunt. Conseruauit eam hacten-
 us Christus & in æternum nequic-
 quam odio ac inuidia ringentibus
 eius

eius inimicis conseruabit.

Sed ad propositum nobis scopum
 redeamus, videamus quanto bono
 honore Christus suam Ecclesiam affe-
 cerit, cum tam eminens caput tantis
 donis cumulatum Pastorem vniuersi
 suo gregi p̄posuit. In veteri testamen-
 to Synagoga Iudæorum Deus summus
 aliquē Pōtificē p̄facerat, quorū pri-
 mus fuit Aaron, magna quidē poteste-
 te ac autoritate pollens, verum sic
 summo Ecclesiæ totius Pastore com-
 paretur, illius autoritas huius iudi-
 cationi vix comparanda videbitur.
 Aaron curam habebat vnius solum-
 modo tabernaculi, vnius populi, & sa-
 crificiorum ac ceremoniarū quę cor-
 pus solum & non animam emunda-
 bant, vt docet Apostolus: Sux autem
 Sāctitati plurimi populi, plurima tē-
 pla cum Sacramentis & sacrificijs ani-
 mam purgantibus ac hominem iusti-
 ficantibus committantur. Idem etiam
 Thesaurum spiritualium bonorū Ec-
 clesiæ dispensare concessum est, id quę
 Indulgentias & remissiones poenarū
 tam à viuis quam defunctis debitarū
 concedendo. Quæ sanē potestas singu-
 laris

Leuit. 8.

laris Sanctissimi Patris nostri prerogatiua est, digna quæ à quouis Christiano penitus cognoscatur.

Pro cuius intellectu notandum est hunc thesaurum primo & principaliter ex meritis Christi constari, secundario autem ex poenis quas Sancti plures & grauiores quam peccata eorum merebantur, componi: & maxime Beat. Virginis, quæ cum nullum unquam peccatum admiserit, plurima tamen aduersa toto vitæ suæ tempore pertulit. Neque dicendum est in hoc thesauro non esse computando merita sanctorum, cum sola CHRISTI infinita sint & sufficiant; nam eodem modo efficeretur neque passionem CHRISTI in eo connumerandam, cum Christus non solum moriendo, sed etiam viuendo infinite meruerit.

Neque obstat quod quidam dicunt merita sanctorum cœlesti gloria ultra condignum munerari. Nam bona opera quæ cum aliqua poenalitate fiunt, non solum gloriam, sed etiam satisfactionem poenæ merentur, ideoque quantumuis sanctis quoad meritum gloriæ

gloriæ abundè satisfactum sit, non tamen quoad meritum remissionis peccatorum cum plus pertulerint quam peccata eorum mererentur.

Dico itaque hunc thesaurum in Ecclesia esse, vbi non tanquam inutilis abscondi debet, sed distribui quoad diu recipientes non deerunt: Quibus autem alijs distribui aut potest aut oportet quam nobis Christianis qui recipiendi potestatem habemus, ipsi tam in hac vita quam in futura indigemus: Nam omnes boni Christiani tam mortui quam viui, sunt membra Ecclesiæ, ideoque bonorum eius participes fieri decet, prout charitas exigit, & tacita vel expressa eorum qui hæc merita in thesauros Ecclesiæ retulerunt voluntas requirit: credimus enim communionem sanctorum, & David dicebat, *Particeps ego sum omnium inimentium te & custodiētium mandata tua.* & ad Coloss. scribit Apostolus, *Gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, &c.* & infra de seipso ait, *Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionū Christi in carne mea,*

Psal. 118.

Coloss. 1.

pro corpore eius, quod est Ecclesia : Vbi *Vide Greg. de Fabnt. To. 4. & Bellar. de Indulg.*
 aduerte iuxta communem Doctorum expositionem Apostolum non velle Christi passionem in se imperfectam esse, sed necessarium in super fuisse, vt debito modo nobis applicaretur, quod fit aut suis aut aliorum certo modo sibi appropriatis meritis, vt communiter habent Doctores.

Verum per quos hæc appropriatio *D. Tho. in Supp. q. 26. a. 3.*
 faciēda est? Respondeo non per quosuis priuatos, sed à publicis & ad hoc

authoritatem habentibus personis; bona enim communia ab his qui communitatis curam habent dispensanda sunt. Summus autem Pontifex qui totius Ecclesiæ caput vniuersale est plenariam potestatem habet indulgentias & remissiones tam viuus quam defunctis via absolutionis, remissionis aut suffragij concedendi. Episcopi autem in singulis episcopatibus singuli illam authoritatem habent, sed cum quadam limitatione, cum qua eandem à Summo Pastore acceperunt, vt ex canonibus patet.

Cap. Quod autem & cap. No- stro. Extr. de Penit.

Papam autem & Episcopos distribuendarum Indulgentiarum authoritatem

Q

ritatem

Matth. 16. ritatem habere, iisdem scripturis
et 18. batur quibus potestatem remitte
Ioan. 21 peccata eis concessam ostendim
Hier. in adiunctis D. Hier. August. aliorum
Matth. interpretationibus, & constat ex an
August. quissimo Ecclesiae à temporibus Ap
tract. 22. stolorum vsu: Nam S. Paulus vt Chry
et 49. sostomus & Theodoretus docent, in
in Ioan. castuoso cum eum poenituisse audi
2. Cor. 2. set impositam ei poenitentiam rem
Chryf. fit, & indulgentias cōcessit: Notum
Theod. super est iam mille annos D. Gregori
ibid. um Papam & plurimos post eum Po
Vide Bel. tifices hac autoritate vsos fuisse. No
lar. et Va. est itaque quod laboriose valorē in
lent. indulgentiarum comprobamus, maxi
Conc. Con- nuperum Trident. vna voce approba
st. sess. rint; sed potius nobis annitendum est
15. et Tri- vt nos ijs dignos reddamus, & de tam
et ut. sess. diuiti vtique thesauro participemus.

Videris ergo quomodo nostrorum
 sacrorum Princeps illum veteris legi
 sis longe antecellat; quomodo eius di
 gnitate autoritateque supergredia
 tur, & si pensiculatus in comparatio
 ne vtriusque progrediamur, quid de
 speciali Spiritu S. assistentia dicemus?

Mul.

Multum allaborarunt sacræ Scripturæ *Aug. q. 119*
 interpretes vt inuestigarent quid sibi *in Exod.*
 vellent illæ voces Vrim & Thum-
 mim, quas Deus Rationali summi sa- *Exod. 28.*
 cerdotis insculpi iusserat. Et com-
 munis quidem opinio est Vrim do-
 ctrinam Thumim veritatem signifi-
 care, eo quod hoc rationali præsentem
 & quodammodo applicato Deus ad
 interrogata respondere soleat: Sed in- *Vide Ba-*
 certum ac dubium apud omnes ma- *rad. Tom.*
 net, num signo aliquo exteriori aut *2. l. 3 c. 26*
 sermone angelico responsa darentur:
 Verum quomodocunque id factum
 fuerit certum est peculiare illius po-
 puli beneficium & singularem sacer-
 dotis gloriam fuisse ita Deo ipso edo-
 ceri. Si autem hæc instructio cum illa
 Spiritus Sancti directione & infalli-
 bili assistentia qua Papa eoque medi-
 ante tota Ecclesia fruitur, cõparetur,
 exigua sane erit, cum illa solum um-
 bra & figura huius fuerit: Illa enim
 cessabat aliquando neque semper De-
 us interrogatis respondebat, neque *1. Reg. 6. 18*
 aliter quam angelorum ministerio
 efficiebatur; hæc autem perpetuo
 continuatur & a spiritu sancto im-

Q 2 mediate

mediate fit. Ita vt impossibile sit Pa-
 pā in quantum Papam in decifionibus
 morum vniuersaliam, & determinan-
 onibus fidei errare, & illa est ipfifima
 Sanctorum Patrum doctrina, ex qua
 bus vnicum Bernardum & eam in qua
 fe fundat fcripturam adducam, cum
 ta Innocentium tertium alloquitur.
 Oportet ad veftrum referri Apoftolatum
 pericula quaque, & scandala emergentia
 in regno Dei: Ea praefertim, quae de fide
 contingunt: Dignum namque arbitrio
 potiffimum damna refarciri fidei, vbi non
 poffet fides sentire defectum; hac quippe
 huius praerogatiua fedis: cui enim aliter
 aliquando dictum est, Ego rogavi pro te
 Petre, vt non deficiat fides tua? ergo quod
 fequitur à Petri fuffeffore exigitur, Tu
 aliquādo conuerfus confirma fratres tuos.
 Hæc ille, Nam Chrifti preces exau-
 ditas effe ex eo patet, quod nullus ex
 vaflo tot Pontificum numero vel pun-
 ctulum vnquam contra fidem decide-
 rit, aut qui tanquam priuatus etiam
 homo hereticus vel infidelis fuerit.
 Verum quidem est Marcellinum tem-
 pore perfecutionis Diocletianæ thus
 Dijs adoleuiffe, non tamen propterea
 iofit.

Bern. ep.
 160. ad
 I. 1100.

infidelis factus est, nam vt Patres cō-
cilij Sinuessani fatentur, simili infir-
mitate qua Petrus Dominum nega-
uit, id fecit, qui tamen neque fidem
neque Primatum Ecclesie amisit.

Quanta itaque Papæ dignitas atque
authoritas est, quantum etiam sapien-
tia Christi admirabilis & Bonitas in-
effabilis qua potuit & voluit tale ca-
put Ecclesie suæ præficere? Sapiencia
certè omnem admirationem excedit,
& bonitas tanta est, vt eam eloquendo
vix assequaris.

Quid enim de Ecclesia actum fuis-
set, si Christo suo visibili capite rece-
dente, nullum aliud substitutum à
Christo, & ad quod recursum haberet
& à quo visibiliter regeretur, habuis-
set. Fuisset sine capite corpus, sine gu-
bernaculo navis, sine Rege regnum, &
in summa confusione Babylon.

Hanc itaque diuinam sapientiam
admiremur, summam autem bonitatē
amemus; quæ tam prudenter statum
huius familie ordinavit, & tam beni-
gnè, ac liberaliter dona spiritualia,
gratias ac virtutes, totaque salutis,
tam interna, quam externa media

elargita est. Redamemus etiam & honoremus Ecclesie prelatos & pastores, super omnes autem Sanctissimum nostrum Papam, qui Christi in terris Vicarius est: nec nos unquam eius obedientie subtrahamus, aut fide quam docet recedamus; si enim huic obediamus etiam Christo cuius vires gerit obedimus: si huius doctrinam sequamur Spiritus sancti doctrinam, qui eum docet ac dirigit sequimur. Qui huic non obediunt, doctrinis eius aduersantur hæretici sunt; qui ab eius communione & unione se separant, schismatici dicuntur. Vera Ecclesie membra Romano pontifici tanquam vero visibili suo capiti unita adhærent: boni & constantes catholici eandem quam ille fidem Cōfitentur, in hac fide obierunt Sancti Ecclesie Doctores, Martyres, & confessores: libenter si Catholicos Romanos & Romani Episcopi assensu dixerunt & scripserunt: Et cur dubitabimus, inquit Augustinus, nos eius Ecclesie gremio condere quæ usque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successiones Episcoporum frustra

August. de
Utilitat.
cred. c. 17.

dubitabimus, inquit Augustinus, nos eius Ecclesie gremio condere quæ usque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successiones Episcoporum frustra

frustra hereticis circumlatrantibus, &
 & partim plebis ipsius iudicio, par-
 tim conciliorum grauitate, partim mira-
 culorum maiestate damnatis, culmen au-
 thoritatis obtinuit. Et Damasum Papam
 his verbis Hieronymus alloquitur,
 Faceſſat inuidia Romani culminis, recedat
 ambitio, cum ſucceſſore, piſcatoris loquor
 & diſcipulo crucis: Ego nullum primum,
 niſi Chriſtum, ſequens Beatitudini tua, id
 eſt, cathedra Petri communionem cōſocior,
 Super illam petram adificatam Eccleſiam
 ſcio: Quicumque extra hanc domum agnū
 comederit profanus eſt: Si quis in arca
 Noe non fuerit peribit regnante dilu-
 uio: Ita antiquitas antiqui & ſancti Pa-
 tres de Romana Eccleſia eiufque Epi-
 ſcopis loquebantur, & nos ſimiliter
 loquamur: Conſiderata autem digni-
 tate & vtilitate eorum quæ ipſe Chri-
 ſtus in Eccleſia ſua conſtituit, videa-
 mus etiam excellentiam & commo-
 ditatem eorum qui Apoſtoli & eo-
 rum ſucceſſores Romani pontifices
 & Chriſti Vicarij ad totius Eccle-
 ſiæ commodum institu-

erunt.

Q 4

CA.

Hier. ep. 37
ad Damas.